

Parochus ruralis, quodam die festo celebraus missam solemnam, postquam hostiam consecravit, advertit se non consecrasse hostiam reponendam in ostensorio pro benedictione SS. Sacramenti danda post vespertas. Quare hostiam consecrataam in saerario ponit, et ex preconsecratis particulis unam extrahit sumendam, et sumit loco hostie in missa consecrata. Quaritur an bene se gesserit.

III.

Hortensius, insignis usurarius, reliquit dnos filios haeredes, nulla facta restitutione.

Confessarius istius usurarii, qui eum non admonuit de onere restituendi, anxius tandem querit :

1º An si unus ex haeredibus, vel restituere nolit, vel impotens sit, tenentur alter restituere in integrum ?

2º An, noleantibus restituere haeredibus, ipse teneatur restituere ?

Quidam parochus habet in sua parochia unum concubinum, et quosdam ebriosos. Hos peccatores stepe admonuit, ut vitam emendarent; quod totidem promiserunt, sed semper neglexerunt. Dolens de eorum impenitentia, ac maxime sollicitus de eorum salute, valde timet ne quisquam subito morbo correptus moriatur sive confessione. Ideo querit anxius quid agere deboret, si vacatus ad administranda ultima sacramenta cuiquam istorum peccatorum inveniret illum sensibus destitutum, nec illum prius penitentiae signum dedisse.

1º. Annon scilicet deberet, aut saltem posset illum absolvere ?

2º. Imo an non etiam ipsi impetrare extremam unctionem?.. Cum unusque eorum semper protestatus est se nolle mori in impenitentia?

IV.

Beatrix, puella in domo paterna vivens, saepè peccavit cum marito sororis suæ, secum habitante in eadem domo: proindeqne constituta est in occasione proxima, quam fugere non potest. Attamen non negligit confessionem, et cum lacrymis petit absolutionem.

Confessarius ejus querit igitur :

1º. An absolutio dari possit aliquoties penitentibus constitutis in occasione proxima?